 cat cōfiteor more solito **E**t finitis p̄p̄heijs col  
 lectis et tractib; statim induet casulā et p̄sequit̄  
 officium misse p̄ omnia ut p̄mittit̄. **P**redictus  
 aut̄ modus nō vuatur in officio misse de bt̄a  
 x̄gine siue de alijs sc̄is qđ in vigilia penthecos  
 tes celebratur de quib; tñ officium misse eo tpe  
 cōfuetū cū suffragijs. p̄facōne. cōmūcantes et  
 hāc igitur de vigilia penthecostes more solito  
 absq; p̄p̄heijs celebrat̄. **Q**ñ vero festū scōre  
 Pereti achillei. p̄acracij. gingolfi siue marcel  
 lini et petri. in vigiliā penthecostes eūenerit fi  
 at dūtaxat memoria de ip̄is cū collectā in mis  
 sa cōp̄nis hore canonicē de ip̄is sc̄is vuāt. **Q**ñ  
 aut̄ festū sc̄i tomfacij in vigiliā penthecostes eue  
 nerit tūc in feriā quartā sequētem trāspōnitur  
 et ibidē ut infra habetur solēmiter vuatur.

De b̄ta x̄gine  
 p̄ de alijs sc̄is

**De festo penthecostes.**

In die penthecostes nullius sancti comme  
 moracō quātacūq; eē fueit vuatur. **S**ed officiu  
 um misse sc̄licet Sp̄s dñi p̄ totū solēmiter di  
 cetur **I**n quo gl̄ia in excels̄. duo **alla.** **S**equū.

*de choro et foro*

In die dno q̄ 18 de  
 festo festi s̄ b̄d̄farij  
 d̄no p̄p̄he 2 aliquat̄  
 b̄ndict̄ s̄ ibid̄ d̄ foro s̄  
 d̄ choro t̄ p̄p̄hebat̄ t̄ p̄  
 aliq̄ p̄o sic p̄uab̄t̄  
 S̄ d̄no ordo illiḡ  
 d̄no h̄at̄ q̄ c̄t̄ inf̄

In die dno in x̄p̄ h̄p̄ vij. fuit fest̄ s̄ b̄d̄farij d̄ t̄na penthecost̄  
 q̄ d̄no ordo h̄uit q̄ c̄t̄ r̄fferēd̄ d̄ feriā ēm̄ d̄ t̄p̄ d̄ foro  
 q̄m̄ eod̄ d̄no ēt̄ fest̄ s̄ alban̄ oct̄ cop̄is q̄ 4 celebrabat̄ ibid̄  
 s̄ oct̄a cop̄is q̄p̄ fuit d̄t̄ripada. q̄t̄a foian̄ 4<sup>o</sup> h̄uit d̄no ordo  
 In die dno d̄no 22<sup>o</sup> in s̄ h̄p̄ vij. fuit fest̄ s̄ b̄d̄farij

In festo penthecost̄ ad duob; dieb; sequētib; d̄ foro 1<sup>o</sup> p̄ totū c̄b̄m̄  
 d̄ choro celebrat̄ 2<sup>o</sup>

de p[ro]p[ri]o festo extra septuaginta p[er] d[omi]n[u]m  
vide infra p[er] i[tem] v[er]ba

**S**ancti spiritus assistat nobis gratia. **C**redo p[er]  
fatio **C**omunicantes. **H**ac igitur de festo penthe-  
costes et ite missa solēmiter dicūtur. **S**icut ie-  
cūda penthecostes et p[er] totā octauā quā festū scī  
tomifacij nō occurrerit singulis dieb[us] dicetur  
ppriū officiū misse de feria sicut in libris mis-  
salib[us] cōtinētur. **I**n quib[us] gl[ori]a in excelsis duo  
**A**lla. p[ri]mū de feria. scđm veni scē spūs. **S**eq[ue]nti.  
**C**redo p[er] facō. cōmunicātes. hanc igitur et ite  
missa omnia p[re]dē p[er] tres dies seq[ue]ntes solēmiter  
et de post dñicalit[er] dicūt. **E**t sabbato penthe-  
costes seq[ue]nti obmittit. **E**t omnia sup[er] dē eū p[ro]p[ri]e  
c[on]s dñicaliter fuāt. **Q**uā aut[em] aliqua festi-  
ua cōmemoracō scōp[er] p[ro]pter scī tomifacij in sep-  
timanā penthecostes eueneit sola collēta in mis-  
sa de ip[s]is dicet. **S**ed quā festū scī tomifacij in  
vigiliā vel in diē penthecostes eueneit in feriā  
quartā p[ro]ximā seq[ue]ntē trāssert. **E**t eodē die of-  
ficiū misse de ip[s]o cū suffragiis de feria cum se-  
quentia. p[re]fatione. **C**omunicantes. et hanc  
igitur de festo penthecostes solēmiter celebra-  
tur. sicut infra de scīs in loco suo plenius ha-  
betur. **G**loria in excelsis. **C**redo. et ite missa etiā  
dicūtur. **E**t habentur duo **A**lla. p[ri]mū de san-  
cto. scđm veni sancte spūs. **S**ed in aliquib[us]  
eccl[esi]is collegiatis habentur due misse. p[ri]ma  
de festo sancti tomifacij. scđm de feria. **Q**uā  
vero festum sancti tomifacij in feriā scđm vel

terciā p̄ h̄costes euenerit quo die tūc suādū  
fueit registrū ordinariū nō certificat Et pro  
pterea p̄ tūc relinq̄tur diocesano siue inferis  
ori ordinaris eodē anno in diuino ordie diffi  
mendū cū ec̄cia magūtina. Qñ aut festū sc̄  
tomifacij sabbato in septimana p̄th̄costes eue  
nerit qualiter tūc officiū misse de feria cū ps  
ph̄cijs suandū fuerit registrū ordinariū ite  
rum nō certificat. Videtur tñ aliquibz dupli  
ces missas eodē die in collegiatis ec̄cijs fore  
celebrādas. p̄mā de sc̄o tomifacio cū suffragijs  
de feria et cū seq̄i. p̄facōne. Cōmunicantes et  
hanc igitur de festo p̄th̄costes. Sc̄dam vero  
missam p̄pter p̄ph̄cias de feria in qua seq̄ntia  
obmittitur Et q̄ in proci alibz et ruralibz ec  
clesijs sola missa de sancto tomifacio cū suffra  
gijs. Alla. Seq̄ntia. p̄facōne et Cōmunicātes  
de festo p̄th̄costes ut premititur sufficiat.  
Sed qñ aliqua ferialis cōmemoracō sans  
ctorum infra septimanā p̄th̄costes eueneit.  
nichil de illa dicetur. Nota q̄ feria quarta  
sexta et sabbato in septimana p̄th̄costes ser  
uatur Ieiunium quatuor temporum.

### De festo sancte trinitatis.

In festo sancte trinitatis quod octaua p̄  
th̄costes solemmter celebratur nullius sancti  
cōmemoratio etiam si festua fuerit seruatur.

Et ad introitū missæ nō dicitur gl̄ia p̄ri Sed  
Gl̄ia in excel̄sis. Seq̄ii. Credo. Prefacō pp̄ria  
de sc̄a trinitate et ite missa om̄ia solēnter dicit̄  
tur Et p̄ tres dies in mediate seq̄ntes dūmō  
festa scōꝝ q̄ festiue siue celebriter suari solēt.  
nō sup̄ueniūt om̄ia p̄ deā de festo trinitatis  
dñicaliter suātur. Sed qñ festū sc̄i bonifacij  
vel aliud simile festū scōꝝ qd̄ festiue vel celebri  
ter suatur in diem sancte trinitatis euenerit  
officiū missæ de sc̄is hmōi in feriā sc̄dam p̄xi  
mā seq̄ntem trāsfertur Et ibidē cū suffragijs  
et p̄facōne de sc̄a trinitate solēnter suatur et  
dicitur etiā Gl̄ia in excel̄sis credo et ite missa.

Qñ aut̄ hmōi festa scōꝝ in feriā secundā  
terciā aut quartā post diē trinitatis eueniūt  
tūc officiiū missæ de ip̄is ibidē cū om̄ibz ut iā  
dictū est absq̄ aliqua trāslacōe seruatur.

### De festo corporis xp̄i.

In festo corporis xp̄i quod feria quinta  
proxima post festum sancte trinitatis solēnter  
celebratur nullius sancti cōmemoratio  
etiā si festiua fuerit seruatur. Sed demane  
ante missam habetur solennis processio cum  
sacramento dominico secundum consuetudinē  
cuiuslibz ecclesie Et in officio missæ quod  
p̄ totam octauam de corpore xp̄i p̄pter am  
plissimas indulgentias solēnter celebratur

**Gloria in excelsis. Credo. Prefacō. Quia p in**  
**carnati. de festo nativitatis xpi. et Ite missa so**  
**lemmiter dicuntur. Quando aut festū corpis**  
**xpi in diē scōrū Bonifacij. Albani. siue Jo-**  
**hānis baptiste euenerit eodē die de scīs ipīs**  
**in officō misse nichil dicetur. S; omnia de corp**  
**ore xpi ut iam dictū est solemmiter fuātur.**  
**Officia vero misse de sanctis ipīs ppter excel**  
**lentiā festiuitatis corpis xpi in crastinū trās**  
**ponūtur. Et hōmō officia misse ibidē cum suf**  
**fragijs et pfacōne de festo corpis xpi solēmi**  
**ter celebrātur. Seqū. vero ppria de scō Johā**  
**ne. de sanctis autē Bonifacio et Albāno. Sec**  
**quentia de festo corpis xpi ptunc dicetur. Et**  
**pppter octauas corpis xpi. gloria in exce fis et**  
**credo siue dies dñica siue feriata fuerit etiaz**  
**dicuntur. Si vero patrom alicuius eccle**  
**sie fuerint tūc ibidē in crastino corpis xpi in**  
**choro et in foro solēmter celebratur. Et de san**  
**cto Johāne suffragatur p totā octauā colle**  
**cta in missa. de vigilia ipius. videlic; Prā q̄s**  
**op̄s deus ut familia tua. cū Secreta et Com**  
**plēda. Qñ aut festū alicuius sancti preter**  
**festā scōrum. Bonifacij. Albani. et Johānis**  
**baptiste infra octauam corpis xpi euenerit**  
**tunc nichil de sancto dicetur preter sola com**  
**memoratio cū collecta in missa q̄ ppter ap̄lis**  
**simas indulgētias de festo corpis xpi fuatur**

*Quid duo dñi an unj  
 p̄p̄p̄m fidei fecer  
 S. Bonifacij festo corpis  
 illi dñi tūc p̄ced  
 de p̄p̄m d̄ d̄ p̄p̄o et foro  
 q̄ p̄p̄m tūc aluane  
 ordo dñi habuit*

**N**isi festū dedicacōis siue p̄onius alicuius  
eccie fuerit tūc ibidē officiū missē de dedicacōe  
siue de p̄ono cum suffragiis. **S**equentia et p̄  
facōne de festo corpis xp̄i solēmiter suatur.

### **De officiis dñicalibus infra festū trinitatis et aduentum dñi.**

**I**te officiū dñicale p̄me dñice post festū scē  
trinitatis videlz **D**ñe i tua misericōdia dicit si pla  
cet. **f**eria sc̄da. **t**ercia. **a** quarta infra octauā cor  
poris xp̄i cū suffragiis. seq̄ii. **E**cce panis āge  
lorū et p̄facōe de festo corpis xp̄i dñicalit̄. **E**t  
si istis dieb̄ suatū nō fuit tūc feria sex̄. **a** sabbā  
to post octauā corpis xp̄i. cū p̄facōe quotidi  
ana absqz ḡia i excelsis. absqz credo et absqz  
ite missa feialiter dicit̄. **S**z qñ commemorati  
ones scōr̄p̄ quas festiue siue celebriter suare  
solem⁹ i p̄dcāz feriā sextā **a** sabbatū euemūt  
et officiū dñicale istis dieb̄ suari cōtigit tūc i  
ecc̄iis collegiatis dicentur due missē. **p**ma de  
sc̄is celebriter **a** sc̄da de dñica feialit̄ ut p̄mis  
sū ē. **E**t qñ sic eueneit tūc magis cautū est  
q̄ officiū dñicale suetur feria sc̄da sc̄ia **a** quar  
ta añ octauā corpis xp̄i p̄serti i ecc̄iis prochi  
alib̄ et v̄ illis vbi copia celebratiū nō h̄tur.

**D**em̄de singlis dieb̄ dñicis usqz ad dñicā p̄  
mā aduēt⁹ dñi qñcūqz festa siue commemoracōes  
scōr̄p̄ q̄ celebrat̄ siue festiue suat̄ solem⁹ dñis  
cis dieb̄ non superueniunt tūc officiū dñicale

cuiuslibet dñice in suo ordine eodē die dñico  
dicetur dñicaliter cū **G**loria in excelsis. **C**redo.  
et ite missa. et cū suffragiis et p̄facōne de san  
cta trinitate. **S**uffragiū autē et p̄facō de  
scā trinitate dicuntur tm dñicis dieb; quā  
do officiū de dñica vel de scō aliquo seruatur  
vsq; ad dñicā in qua historia. Vidi dñm im  
ponitur exclusiue q̄ est sp̄ proximor dñica festū  
omniū scōrū utingēs siue añ vel post festū om  
niū scōrū fuerit. Et tunc suffragiū et p̄facō  
de scā trinitate in officō dñicali omittuntur et  
dicetur p̄facō quotidiana et suffragiū iuxta  
duocōez cuiuslib; celebrātis. **Q**n̄ aut̄ ali  
qua dñica infra octauā alicuius festiuitatis  
btē marie euenerit tūc officiūz misse eodē die  
dñico dicetur de festo btē marie dñicaliter p̄  
totū. et officiū dñicale eiusdē dñice transfer  
tur in feriā scđam siue in aliū diē seq̄ntis se  
ptimane et si adhuc infra octauā eiusdē festi  
uitatis btē marie fuerit. suffragiū. ps sequē  
tie. et p̄fatio. de eodē festo dicuntur dñicaliter.  
**S**i vero extra octauā p̄dicte festiuitatis fueit  
tunc officiūz dñicale dicetur ferialiter absq;  
**G**loria in excelsis. absq; credo. et absq; ite missa  
**Q**n̄ vero aliqđ festū ap̄loꝝ siue alioꝝ scō  
rū qđ celebriter siue festiue fuare solemus in  
aliquā dñicā euenerit tūc officiū misse de eodē  
festō dicetur ibidē. et officiūz dñicale eiusdem

*Jeunium hanc*

*no 67*

dñice trāffertur in feriā scđaz siue aliū diē se  
quētis septiāne ⁊ ibidē suatur cū p̄facōe quo  
tidiana ferialiter absq̄ gl̄ia ī excels̄. absq̄  
credo ⁊ absq̄ ite missa. **Rō** q̄ feia scđa quar  
ta sexta et sabbato post dñicā **S**alus ppli sua  
tur ieiunū bānitū. **Rō** q̄n infra festū trinita  
tatis et aduentū dñi plures occurrūt dñice  
q̄ officia dñicalia hñtur tūc in q̄buscūq̄ dñi  
cis añ dñicā. **xxiij.** videlicet **D**icit dñs ego co  
gito. **s**peālia dñicalia officia nō hñtur. **o**mes  
memoracōes scōꝝ siue festiue siue feiales fuerit  
q̄ istis dñicis dieb̄ speālib̄ officijs carētibus  
euemūt ibidē suatur et officia misse eodē die  
de ip̄is sc̄is dicētur dñicaliter. **S**i vero nul  
la memoracō scōꝝ in aliquā istarū dñicaz  
rū p̄prio officō carēte euenerit tūc officiū dñi  
cale. **S**i iniquitates sp̄ erit repetēdū cū p̄p̄ijs  
colleis epl̄is et euāgel̄ijs cuiuslib̄ dñice q̄ in  
libris missalib̄ hñtur. **S**z officiū dñicale  
vltimū videlz **D**icit dñs ego cogito sp̄ rebua  
tur p̄vltia dñica q̄ erit p̄ximior añ dñicā ad  
uētus dñi. **E**t q̄n in eadē dñica aliqua festiua  
memoracō scōꝝ euenerit tūc h̄mōi dñicale  
officiū dicetur die feiata sequētis septimane.  
**Q**ñ aut̄ infra festū trinitatis ⁊ aduētū dñi  
paucōres occurrerit dñice q̄ officia dñicalia  
hñtur tūc sup̄flua dñicalia officia q̄ dñicis  
dieb̄ suari nō possunt in p̄nltima septiāna

ante aduentum dñi feriatis diebus quibus co-  
modius fieri poterit dicentur ferialiter. Et  
officiū dñicale. Dicit dñs ego cogito iterum  
reſeruatur et dicetur in proxima dominica ſiue  
ſeptimana ante aduentum domini.

Pro regulā generalē quācūq; officia dñicas  
ſua infra feſtū trinitatis et aduentū dñi ſuātur  
dñicis diebus tūc Gloria in excelsis. Credo: et ite  
miſſa eſt ſp̄ dicūtur q̄ tñ qñ hōmōi officia dñi  
calia feriatis diebus ſuātur ſp̄ omittūtur niſi ſi  
eſt infra octauā alicuius feſtiuitatis bñe marie

### De ſanctis a feſto trinitatis uſq; ad aduentum domini,

Quādo cūq; aliqua feſtiua ſiue ferialis cō-  
memoracō ſcōrū dñicis diebus ſuatur: tunc in  
officio miſſe. Gloria in excelsis. Sequi. Credo et  
ite miſſa ſemp̄ dicūtur. Suffragiū et prefacō  
aut erūt de ſcā trinitate uſq; ad dñicā in qua  
imponitur h̄iſtoria. Sicut dñm excluſiue. tunc  
dicetur pfacio quotidiana dñicaliter abſq;  
ſuffragio de ſcā trinitate. S; qñ fuerit ali-  
qua feſtiuitas bñe marie. ſcē crucis. ſiue ap̄lo-  
rum: tūc illarū ſeqñtie et pfacōes pprie dicū-  
tur ſolēmiter. S; ſi fit qñ aliqua feſtiua cō-  
memoracō ſcōrū; feriatis diebus ſuatur tunc  
omnia predicta preter ſuffragium et prefa-  
tionē de ſancta trinitate dicūtur dñicaliter.

Et si fuerit martir confessor siue virgo tunc non  
dicetur credo quod tamen de beata virgine de sancta cruce et  
de apostolis sic dicitur. **Q**uoniam autem aliqua feriale  
commemoratio sancte feriatibus diebus fiat tunc neque  
**G**loria in excelsis neque sequi neque credo neque ite  
missa dicitur. **Grad.** **A**lla et prefatio quotidiana  
ferialiter. **E**t oratio est **B**enedicamus domino.

### De feriis quatuor temporum,

**I**n singulis feriis quatuor temporum videlicet quar  
ta sexta et sabbato propria officia missae de homini  
feriis quam festiue commemoraciones sancte non super  
ueniunt fuerint feriale cum prefatione quotidiana  
na absque Gloria in excelsis absque credo et absque  
ite missa est et ad collectas ante prophetias dice  
tur flectamus genua. **E**t conclusio missae est **B**e  
nedicamus domino propter quod in septimana penthes  
costes ubi officia missae singulis diebus festiue  
seruantur ut ibidem notatur. **Q**uando autem fe  
sta apostolorum siue festiue commemoraciones sanc  
torum aut vigilia alicuius apostoli in aliquo  
feriam quatuor temporum eueniunt tunc in ecc  
lesiis collegiatis habentur due missae prima  
de sancto siue de vigilia et secunda de feria ut  
premittitur. **S**ed in ecclesiis parrochialis  
libus et in villis ubi multitudo celebrantur  
non habetur sola missa de sancto cum suffra  
gijs de feria quatuor temporum dicitur.

*Ad ad collectas ante  
no de die vobiscum*

**Sequitur nunc de scis et primo de  
vigilijs festiuitatū ⁊ sanctorū,**

In officio misse de vigilia assumptionis Beate marie. **S**icut de vigilijs festiuitatū omnium scōrum petri et pauli et aliorū aploꝝ. **P**oenō Johāns baptiste atq; laurentij. **G**loria in excelsis. **A**lla. **S**equi. **C**redo et ite missa nō dicitur. **S**ed officium misse de vigilia dicitur cū p̄ facōne quotidiana ferialiter et conclusio misse erit. **B**enedicamus dño. **Q**uā aut aliqua p̄ dictarū vigiliarū in diē dñicā euenerit tunc officium misse de tali vigilia sabbato p̄cedenti p̄ omnia ut p̄mittitur anticipatur. **O**fficia vero misse de vigilijs natiuitatis xp̄i. **E**p̄i phame dñi. **P**asce. **A**scensionis dñi et penthecostes nunq̄ anticipātur neq; transferuntur sed semper eodem die in quē eueniūt p̄ omnia ut supra de hōmōi vigilijs notatū est fuatur.

**De festiuitatibus beate marie,**

In singulis festiuitatibus Beate marie officia misse fuatur solēnter in quibus **G**loria in excelsis. **A**lleluia. **S**equentia. **C**redo. **P**refatio de beata virgine et ite missa solēnter dicuntur. **F**eriatibus vero diebus infra octauas. **V**isitacionis. **A**ssumptionis et **N**atiuitatis **B**eate marie officia misse de hōmōi festiuitatibus p̄

omina sicut in die dñicaliter dicuntur dumō  
festiue commemoracōnes scōꝝ nō sup ueniunt.

**Q**ñ aut aliqd festū scōꝝ celebriter siue festiue  
siue suandū infra aliq̄ pdictarū octauarū  
euenerit officium missę de hñōi festiuitate scōꝝ  
cū **G**loria in excelhis. suffragiis. **Seq̄n.** et p̄fatio  
one de festo **B**te marie tūc occurrētī dicetur et  
suatur etiā **C**redo. **S**ed in festo exultacōis  
sanctę crucis qđ infra octauā natūtatis  
**B**eate marie habetur appria **Seq̄n.** uidelz Lau  
des crucis **E**t s̄m aliquos p̄fatio de bt̄a v̄gine  
p̄ter octauas eiusdeꝝ. scđm alios p̄fatio de  
sancta cruce uidelicet **Q**ui salutem humani  
generis dicetur.

### **De festo purificacōis bte marie**

**I**te in quacūq; diē festū purificacōis **B**e  
ate marie euenerit. **B**ñdictio candelarū sicut  
in libris missalibus siue in agendis contine  
tur **E**t processiones secundum consuetudines  
cuiuslibet ecclesie seruantur. **E**t officium missę  
de eodeꝝ festo solemmiter dicetur. **I**n quo **G**lo  
ria in excelhis. **C**redo. **P**refatio de festo natū  
tatis xp̄i uidelicet **Q**uia per incarnati et **I**te  
missa dicuntur. **E**t si fuerit dominica septuages  
gesima. sexagesima. quinquagesima. siue alia  
die post huiusmodi dominicas tunc iterū de so  
lita solēmtate nichil obmittitur p̄ter **A**lla et

Sequentia loco quorum dicitur **Tractus.**  
**Gaudere maria.** Et pro tunc sequentia **Cōcētū**  
parili in diē **Circūciōis** dñi anticipatur.

**De festo annūtiacōis bñe marie;**

**Festū** annūtiacōis bñe marie celebratur so-  
lēmter Et in officio missae de eodē festo. **Gloria** in  
**excelsis.** **Tractus** **Aue maria.** **Credo.** **Prefatio**  
de nativitate xp̄i Quia p̄ incarnati et ite missa  
solēmter dicūt. Et qñ p̄dictū festū in dñis  
cam oculi. letare iudica. siue palmarū. euenes-  
rit tūc sp̄ die sabbati p̄cedēti anticipādo sua-  
tur solēmter in choro et in foro p̄ omnia ut p̄-  
mittitur. Qñ autē in septimanā palmarū  
siue in septimanā pasce euenerit tunc iterū  
sabbato p̄ximo añ dñicā palmarū p̄ omnia  
vt p̄dictū est anticipatur in choro et in foro.

**Qualiter** autē officia missae de sanctis. **An-**  
**drea.** **Barbara.** **Nicolao.** **Concepōne marie.**  
**Lucia** et **thoma** seruari debeant require supra  
de sanctis tempore aduentus.

**De festiuitatibus** vero cathedre petri. **matthie**  
**apostoli.** **Gregorij.** **Benedicti** et **Ambrosij** re-  
quire sup̄ in titulo de septuagesima et de sanctis  
infra quadagesimam.

**De sancto marco** de letania maiori et de fe-  
stiuitatibus sanctorum **Philippi** et **Jacobi.**  
**Inuentionis** sancte crucis et **Johānis** ante

portā latinā req̄re sup̄ de sc̄is infra octauā p̄ a  
sce de d̄nicis infra p̄ asca et ascensioñ. d̄ni et de  
sanctis infra p̄ asca et penthecostes.

### De sancto bonifacio,

Quñ festum sancti bonifacii ante festum trinitatis euenerit. Introitus erit **S**ancti tui d̄ne **G**loria in excelsis d̄r. **C**olleā **D**eus q̄ in multitudine pp̄lor̄. **S**uffragiū de festo ascensioñs vel penthecostes infra qd̄ euenerit. **E**p̄la **Q**ui timet dominū vel **L**igua sapientū duo **A**lla dicetur. **P**̄mū **G**audete iusti. **S**c̄dm̄ **A**lla et seq̄ñ. de festo ascensionis vel penthecostes infra qd̄ uenerit. **E**uāgelii **E**cce ego mitto uos. vel **E**go sū uitis uera. **C**redo d̄r. **O**ffer̄. **C**ōfitebūtur celi. **S**ecreta **B**eati bonifacii m̄ris tui. **P**̄facō de festo ascensionis vel penthecostes infra qd̄ euenerit. **E**t si fuerit infra octauā penthecostes dicet. **C**ōmunicātes et hāc igitur de eodē festo. **C**ōm. **E**go sū uitis uera. **C**ōplēda **S**acram̄ti tui d̄ne. **I**te missa ē d̄r.

Quñ autē festum sancti bonifacii infra octauas trinitatis vel post uenerit Introitus erit **I**ntret in conspectu tuo d̄ne. **G**loria in excelsis dicit. **C**olleā ut sup̄. **S**i fuerit dies d̄nica aut p̄oci mū alicuius eccl̄ie. tūc suffragium et p̄facō erūt de sancta trinitate. **E**p̄la **Q**ui timet d̄nm **G**rad. **G**loriosus deus. **A**lla **L**etamini in d̄no **S**eq̄ñ. **O** beata br̄orum. **E**uāgelii **E**cce ego

mitto vos. **C**redo dicitur infra octauam trinitatis de post die dominica et ubi pronus ecclesie fuerit. **S**i autem fiunt extra festum trinitatis et extra octauam corporis christi die feriatate tunc neque suffragium neque prefatio de sancta trinitate neque credo dicuntur. **S**ed dicitur prefatio quotidiana solemniter nisi fuerit pronus ecclesie tunc ibi de omnia predicta videlicet suffragium cum prefatione de sancta trinitate et credo etiam die feriatate dicuntur. **O**ffertorium **M**irabilis deus. **S**ecreta ut supra. **C**ommunionem **D**ico autem vobis. **C**omplenda ut supra. **I**te missa dicitur.

### **De sancto iohanne baptista.**

**I**n festo sancti iohannis baptiste officium misse seruatur solemniter cum prefatione quotidiana absque credo. **E**t si fuerit dies dominica siue patrocinium alicuius ecclesie tunc suffragium et prefatio de sancta trinitate et credo dicuntur. **A** festo autem sancti iohannis usque ad vigiliam sanctorum petri et pauli singulis diebus excepto festo sanctorum iohannis et pauli dicitur officium misse de sancto iohanne baptista videlicet **D**e ventre matris mee. cum **C**ollecta **P**resta quesumus omnipotens deus ut familia tua sicut in vigilia ipsius habetur cum prefatione quotidiana **D**ominica autem die suffragium et prefatio

de sancta trinitate et credo dicuntur. Et p totam octauam quam officium de sancto Johanne non celebratur tunc suffragatur de ipso predicta collecta in missa cum secreta et complenda. In octava vero sancti iohannis siue dies dominica siue feriatas fuerit Officium misse de ipsius octaua. suffragium et prefatio de apostolis petro et paulo et credo dicuntur. Quoniam autem festum corporis christi in die sancti iohannis euenerit qualiter tunc seruandum sit require super festo corporis christi.

### De octaua sanctorum petri et pauli,

In octaua sanctorum petri et pauli officium de octaua ipsorum sollempniter diceatur sicut in libro missali continetur suffragia erunt de festo visitationis et seruetur prefatio de apostolis et dicatur credo siue dies dominica siue feriatas fuerit.

### De sancta maria magdalena,

In festo sancte marie magdalene siue dies dominica siue feriatas fuerit officium misse de ipsa seruetur sollempniter in quo Gloria in excelsis. Credo et iste missa dicuntur Et secundum aliquos kyrie leison et prefatio de apostolis. Item alios prefatio quotidiana seruetur. Ex quo registrum ordinarium de prefatione de apostolis nullam facit certificationem et antiqui libri missales ponunt prefationem quotidianam. Sed tamen maior pars consuevit seruare prefationem de apostolis.

### De sancto laurentio,

In die sancti laurentij Officiū misse seruetur de ipso absq; Credo cū p̄facōe quotidiana sollempniter. Et si fuerit dies dñica hie p̄ocimū alicuius ecclie tūc suffragia et p̄facō de scā trinitate et Credo dicuntur. In octaua autem ipsius hie dies dñica hie feriata fuerit suffragia et p̄facō de assumptione Bte marie et Credo dommaliter dicuntur.

Rō q̄ feia quarta sex̄ et sabbato post Exaltacōez scē crucis erit Ieiuniū quatuor tpm.

### De sancto michaeli,

In festiuitate sancti michaelis Officiū misse de ipso seruetur sollempniter cum p̄fatione quotidiana. Et secundum aliquos dicetur Credo. sedm alios vero nō d̄z. Et si fuerit dies dñica hie p̄ocimū alicuius ecclie tūc suffragia et p̄facō de scā trinitate et Credo dicuntur.

### De omnibus sanctis,

In festiuitate omnium sanctorum Quocunq; die hie dñica hie feriata fuerit officium misse seruetur cum p̄fatione quotidiana sollempniter In quo Gloria in excelsis Credo et Ite missa dicuntur. Et post secundas vesp̄as de omnibus sanctis dicuntur etiam vesp̄e defunctorum deinde sepulchra

mortuorum thurificentur et aspergantur aqua  
benedicta secundum consuetudinem cuiuslibet ecclesie. **Q**uoniam  
autem festum omnium sanctorum in die sabbati euenerit  
tunc uespere defunctorum eodem die non dicuntur  
**Q**uedam dñica sequenti post secundas uesperas.

**I**n crastino omnium sanctorum si dies feriatata fue  
rit uentur commemoratio omnium animarum de mane  
cum uigilijs maioribus defunctorum quam post matutina  
nas dicuntur deinde thurificentur sepulchra  
mortuorum et aspergantur aqua benedicta secundum con  
suetudinem cuiuslibet ecclesie et de post hora consueta di  
cetur officium missarum defunctis cum ceremonialibus  
consuetis. **S**i autem in crastino omnium san  
ctorum fuerit dies dñica tunc predicta commemoratio  
transfertur in feriam secundam sequentem. **I**n alijs  
quibus uero ecclesijs provincialibus uigilie mortuo  
rum dicuntur in die omnium sanctorum post uesperas et  
post finem uigiliarum sepulchra mortuorum asper  
gantur aqua benedicta et thurificantur.

### **De uita uigilie ab octaua petrice usque usque ad dñicam aduentus dñi**

**I**ntroitus. **S**alue sancta parens. **G**loria  
in excelsis. **C**ollecta. **C**ōcede nos famulos tuos  
et cetera. **E**pistola. **A**b initio et ante secula.  
**G**raduale. **B**enedicta et venerabilis. **A**llelus  
ia. **V**irga yesse. **S**el **S**ancta dei genitrix et cetera.  
**S**equentia. **A**ue preclara. **V**erbum bonum.

**S**el **A**udi  
quedam m  
torum **R**e  
te in uenera  
sora. **I**te m

**D**e sa  
dñi

**Q**uoniam offic  
festiue celeb  
de sa cruce  
generis et  
pascere et p  
hominis san  
festo pascere  
colles secundum  
id autem feri  
festa pascere  
in excelsis  
officio miss  
lednia de sa  
lutem huius  
missa erit  
vero spiciat  
tra quadra  
ue de lae  
celis. **S**e  
missa dicit

**Vel Audi nos. Euangelium Extollens voces**  
quedam mulier de turba. **Credo dicitur. Offer-**  
**torum Recordare virgo mater. Prefacō. Et**  
**te in veneratione beate marie. Com. Beata vi-**  
**scera. Ite missa dicitur.**

## **De sancta cruce et de passione** **domini,**

**Quā** officium missæ de scā cruce solēmiter siue  
festiue celebratur: tūc **Gloria in excelsis. Sequi-**  
**de scā cruce. Credo. Prefacō. Qui salutē hūani**  
**generis et ite missa dicūtur p̄ter q̄ infra festa**  
**p̄ asce et penthecostes Similiter in die Inuen-**  
**tionis sancte crucis vbi sequētia et p̄fatio de**  
**festo pasce ascensionis dñi vel de festo penthe-**  
**costes scđm quod euenerit seruatur. Quā-**  
**do aut ferialis o memoracō de sancta cruce eē**  
**festa pasce et penthecostes habetur tūc Gloria**  
**in excelsis. Sequētia. Credo et ite missa in**  
**officio missæ de sancta cruce obmittūtur. et Al-**  
**leluia de sancta cruce cum p̄fatione Qui sa-**  
**lutem humani generis dicitur et conclusio**  
**missæ erit Benedicamus domino. Quando**  
**vero speciale officium de passione domini ex-**  
**tra quadagesimam de quinq̄ vulneribus fi-**  
**ue de lācea et clauis dicitur tūc Gloria in ex-**  
**celsis. Sequētia. Credo et ite missa in officio**  
**missæ dicuntur.**

## De sancto spiritu,

Quoniam commemoratio de sancto spiritu extra octavas penthecostes sollemniter siue festiue fuatur tunc dicitur officium misse **S**pūs dñi. **G**loria in excelsis. **G**rad. **B**eata gēs. **A**lla **V**eni scē spiritus. **P**refacō et ite missa sollemniter sicut in die penthecostes. **S**ed ista vba hodierna die in collecta et pfacōe obmittuntur sicut cōmunicantes et hanc igitur etiā nō dicuntur. **S**ed quoniam commemoratio de sancto spiritu ferialiter fuatur tunc officium misse **D**um sanctificatus fuero. dicitur ferialiter cum prefatione quotidiana absq̄ **G**loria in excelsis et absq̄ **C**redo.

*simile de p̄d̄ fco*

## De ap̄t̄is ab octaua corporis x̄pi usq̄ ad dñicam aduētus dñi,

Quoniam ab octaua corporis x̄pi usq̄ ad dñicam p̄mā aduētus dñi aliqua festiuitas ap̄torū siue euāgelistarū de quibz sup̄ nichil diffinitum reperitur in diē dñicaz siue feriatā euenerit: officium misse cum sequentia et prefatione de ap̄stolis dicitur festiue. **I**n quo **G**loria in excelsis. **C**redo et ite missa etiam dicuntur et suffragia erunt ad placitum. **E**t si fuerit dies dominica: nulla suffragia de dominica seruātur. **S**ed officium dominicale transponitur in diem feriatam sequentem.

De m  
bus a  
ad dñi

Quicq̄  
tam p̄mā a  
scōp̄ m̄m  
celebrit̄ fu  
peritur eē  
his diebz eu  
festiue. **I**n  
na. **E**t ite m  
Et si fuit  
hic suffrag  
dicunt v̄l  
Sicut dñm  
tidiana a  
om̄coracō  
tatis b̄tē  
felata fue  
cū suffrag  
rie tūc oc  
v̄o dñic  
tatis b̄tē  
ferē. **E**t it  
tate dñi  
ps sequē

**De martiribus & festis & Viginti  
bus ab octava corporis xpi usque  
ad dominica prima aduentus domini,**

**Q**uoniam ab octava corporis christi usque ad dominica  
tam prima aduentus domini aliqua commemoratio  
sancti marie & festis & huiusmodi a festis huius  
celebratur suatur de qua super inchoat diffinitum re  
peritur ex octavas festivitatum beate marie feias  
tis diebus euenerit officium missae de eadem suatur  
festis. In quo gloria in excelsis prefatio quotidiana  
na et in missa cum suffragiis ad placitum dicuntur.  
**E**t si fuit dies dominica huiusmodi proximum alicuius ecclesie  
tunc suffragia et prefatio de sancta trinitate et credo  
dicuntur usque ad dominica ubi imponitur historia  
Vidi dominum. Feiatis autem diebus dicetur prefatio quo  
tidiana absque credo feiatis. **Q**uoniam autem homini  
omemoratio sancti marie infra octavas alicuius festiui  
tatis beate marie euenerit huiusmodi dies dominica huius  
feiata huiusmodi tunc officium missae de sanctis ut permittit  
cum suffragiis et prefatione de festiuitate beate marie  
tunc occurrere suatur et dicetur credo. Officium  
vero dominicale quod infra octavas alicuius festiui  
tatis beate marie euenerit in proxima die feiata tras  
fertur. **E**t ibidem cum suffragio prefatione de eadem festiui  
tate dominicali suatur. **E**t dicetur gloria in excelsis  
ps sequentie de festo credo et in missa est.

Quando vero aliqua ferialis commemoratio  
scilicet in festo. hinc. hinc. hinc. infra octavas  
festivitatum beate marie in die dominica euenerit. of-  
ficiu missae de festiuitate beate marie. et nichil  
propter sola commemoratio cum colla in missa de  
ipso scilicet dicitur. **Q**uoniam autem hinc ferialis com-  
memoratio scilicet ex octauas festiuitatum beate  
marie in die feriatam euenerit tunc officiu missae  
de sanctis ipsis dicitur ferialiter cum prefatione  
quotidiana absque gloria in excelsis et absque  
credo. et conclusio erit. **B**enedicamus domino.

### De dedicacione ecclesie vel altaris,

Quando festu dedicacionis ecclesie vel altaris in  
infra festa. **R**atitatis christi. **E**phie. **P**asce. **A**scensio-  
nis. **P**entecostes. **T**riminitatis. hinc **C**orporis  
christi euenerit. officiu missae de dedicacione fiat  
solemmiter. **I**n quo suffragia et prefatio de pre-  
dictis festiuitatibus occurrentibus dicuntur. **E**t in-  
fra festa pasce et pentecostes nullu graduale.  
**S**ed duo **A**lla. **P**rimu de dedicacione et secundu de  
festo occurrenti dicuntur. **Q**uoniam autem festu dedica-  
tionis infra octauam corporis christi et dominica prima  
**A**duentus domini in die dominica hinc feriatam euene-  
rit tunc officiu missae de dedicacione per omnia sicut  
in libris missalibus continetur cum suffragiis et pre-  
fatione de sancta trinitate solemiter dicitur. **E**t si  
fuerit infra octauas alicuius festiuitatis beate

marie suffragiū et p̄fatio de eodem festo beate  
marie dicuntur. **Q**uā vero festū dedicacōis in  
fra aduentū dñi Septuagesimā siue quadra-  
gesimā euenerit tūc officiū misse de dedicacōe  
cū suffragiis et p̄fatiōe de scā trinitate iterum  
solēmiter suatur Et p̄ma collicā erit de dedica-  
tione. scda de tpe et tertia de trinitate. Sed in  
fra septuagesimam et quadagesimā loco Al-  
leluia et **S**equētie que tunc non seruātur  
dicetur **T**raetus **Q**ui confidunt.

### **De p̄ocūio eccl̄iæ siue altariū**

In festiuitatibz p̄onoz siue altariū **O**ffis-  
ciū misse de p̄omis ip̄is cū suffragiis et p̄fati-  
one sicut de dedicacōe eccl̄ie p̄mittitur solēmis-  
ter seruatur in quo **G**loria in excelsis. **C**redo et  
ite missa siue dies dñica siue feriatā fuerit di-  
cūt. **S**i infra septuagesimā et quadagesimā  
loco **A**lla et **S**eq̄ntie dicetur **T**raetus si vnus  
fueit p̄on⁹ **B**eatus vir. vel **D**ehideriū aīe ei⁹  
**S**i vero plures fuerint p̄omi **Q**ui seminant.

### **De missis peculiaribus,**

**I**te misse p̄culares petitorie sūt p̄ pace p̄  
pluuia contra pestilentiam et con similes in q̄  
bus aliquid petimus dicuntur feriatā cū  
p̄fatione quotidiana absq̄ **G**loria in exc-  
celsis et absq̄ **C**redo cum suffragiis ad plas-  
citum et **C**ōclusio erit **B**enedicamus domino.

Sed in missis peculiaribus in quibus gratias  
deo referimus sic de victoria obtenta. et consiliis.  
Gloria in excelsis. Credo. et Ite missa dicuntur  
cum suffragiis et preces de sancta trinitate.

### De officio misse pro defunctis.

In officio misse pro defunctis. nuncius dicitur  
Gloria patri. Gloria in excelsis. neque credo. neque ite  
missa. Sed preces quotidiana ferialiter dices-  
tur. Et pro maioribus prelatibus et principibus sive  
statu sublimiori. Introitus. Si enim credimus.  
Gradus. Si abulez. et Tractus. Sic certius. Pro  
gradu aut inferiori. Introitus. Requie eterna  
Gradus. Requie eterna. et tractus. Deprofundis  
dicuntur. Agnus dei. erit ter dona eis requiem  
sempiterna. et nuncius dicitur. miserere nobis. Re-  
que dona nobis pacem. Neque enim pax in officio  
misse pro defunctis datur. Et propterea post agnus  
dei prima oratio. Domine ihesu christe qui dixisti apostolis  
tuis pacem meam dote et obmittitur. Et secunda  
oratio. Domine ihesu christe fili dei vivi qui ex voluntate  
patris et cum aliis orationibus sequentibus dicitur.  
Et conclusio erit semper. Requiescant in sancta  
pace. Ad quam nos perducatur qui sine fine  
vivit et regnat. Amen.

Hain 14519

Copinger = Mainz ca. 1480

De hys tñs sacmēt  
pedapalibz ꝛ cꝛ alibz  
vide d messer dō. n  
pꝛ trinitatē

**I**ncipit speculum clarum nobile et ꝑciosuz  
ꝑꝑꝑꝑꝑꝑ sacerdotum in quo refulgēt et reꝑsen  
tātur aliqua vtilia speculāda circa tria. bap  
tismi. scz eucaristie. et ꝑnitentie sacramenta.

**V**enerabili in xꝑo patri ac domino dōs  
mino suo gratioso. R. epō cunctisqꝫ  
deo amabilibz sacerdotibus vbilibz  
locorū constitutis. tā ꝑntibz qꝫ futuris. frater  
hermānus dictus de saldis ordmīs heremita  
rum sancti Aug. inter sacerdotēs xꝑi sola dei  
ꝑaciētia ꝑfessoris in sacra ꝑagina nomē hñs  
cum deuotis oracōibz in sacerdotali officō et  
sacramentali mīsterio digni creatori omniuz  
famulari. **G**iosus doctoz Jo. Crisostimus. in  
li. de sacerdotali officō. loqñs de dignitate sa  
cerdotū. ait. **P**er ipos xꝑm indumus. ꝑ ipos  
filio dei coniūgmur: ꝑ ipos mēbra beati capitif  
efficimur. **S**ñ patz. qꝫ ex sacerdotali officō et  
sacramentali ministerio. emanat salus xꝑiano  
rum omniū ꝑꝑulorū: ex quo ꝑ ipos xꝑm in  
dumus. et mēbra eius efficimur. et iporuz of  
ficium est summe gloriofuz. **A**bsit igitur a no  
bis carissimi. inferre crīmē glorie nostre. vt  
dicitur. i. machabeoruz. ix. **C**rimen aut maxi  
mum imponeremus glorie nre: si sacerdotale  
officiū et sacramentale ministeriū nos contin  
geret ignorare: quia tunc dīcetur de nobis  
quod de filijs heli. i. **R**e. ij. porro filij heli filij  
belial nescientes dñm nec officiū sacerdotum

ad populum. **Q**ua apter patres carissimi. de  
dictis doctorū sacre pagine ac canonū collegi  
breue speculū. ad honorez sancte matris ecclē.  
ad pfectū simplicū sacerdotū et pauperū: qđ  
sub simplicitate verborū. et sine allegatiombz  
cōpilauit: ut simplicibus non sit difficile nec  
paupibz ad oparandū p̄ciosū. **E**t p̄ memori-  
ali p̄uētoribz se valeat exhibere. **N**am dicit  
lex ciuilis: omniū h̄re memoriā. potius diuisi-  
mitatis q̄ hūamitatis est. **I**n quo sacerdotes  
potuerūt reperire. quomō rite tractēt et ammini-  
strent tria p̄cipua sacramta. q̄ p̄ alijs p̄tinēt  
ad eorū ministeriū. et xp̄ianorū salutē popu-  
lorū: q̄ sūt sacramtū baptismi qđ est ianua. et  
eucaristie qđ est excellētissimū omniū sacramē-  
torū. et sacramētuz p̄nitētie qđ est scđa tabus  
la post naufragiū. **I**n quibz etiā plerūmqz p̄-  
plexitates maiores p̄ alijs sacramtis oriunt̄  
**I**n quo speculo ip̄i sacerdotes lucide et succin-  
cte poterunt reperire: quomodo errores circa  
dicta sacramta possint euitare: et si quos in-  
ciderint. quomō ex illis valeāt enodari. **D**e  
alijs aut̄ sacramtis hic mencōz non feci: qz  
vel non p̄tinent ad sacerdotum ministerium.  
vel nō tot circa ea oriūtur difficultates: qua-  
rum cognitio a simplicibus sacerdotibus re-  
quiratur. sicut circa tria predicta: nec ministe-  
rium aliorum sacramentorum ita frequēter  
et quotidie ā sacerdotibus exercitur. nec in-  
gnorantia circa alia. ita infert salutis tātum

periculum et ruīnam. Alia causa q̄ intentio-  
nis mee p̄positū p̄cipue fuit. quomodo fieret  
in maxie necessarijs sacramētis vnū ita breue  
directoriū sacerdotū. qd̄ vna sola carta possit  
comprehendi et parietib; possit affigi. in eccl̄ijs:  
vt sic omni sacerdoti ad tale directorium ac-  
cessus esset patulus. facilisq; recursus. ne quis  
debitum sui officij vel negligeret p̄pter pigri-  
tiam. vel se p̄ imperitiam excusaret &c. :-

**¶** Prima superficies speculi sacerdotum rep̄sē-  
tat speculāda circa baptismū sub quatuor spe-  
cieb; rep̄sentatis. que sūt materia forma bap-  
tismi. et intentio baptisantis. et baptizandi et  
remedia generalia cōtra defectus. :-

**¶** Prima sp̄s p̄me superficie rep̄ntat tenēda  
cauēda emendāda. circa materiā baptismi.

**¶** Materia baptismi debz esse aqua pura vel  
de fluuio. vel de fōte. vel de puteo. vel de  
mari. Et p̄t s̄ aqua resoluī de glacie. vel de ni-  
ue. vel pruina. vel colligi de rore. vel pluuia.  
Potest etiā esse de balneis naturalib;. dūmō  
sp̄m aque retineat: et p̄t esse aqua cocta. dū-  
modo sp̄s aq̄ nō fuerit mutata sicut mutatur  
in ceruisia. et brodijs piguiū. Calida vel te-  
pida tutior est in hieme: licet possit esse calida  
vel frigida. Nec obest si alius liquor aq̄ fit p̄-  
mixtus: dū tñ naturales qualitates et sp̄s aq̄  
p̄ hoc non sint sublate.

*Cura baptisantis*

*Materia*

**C**auenda circa materiam baptismi.

**Q**uia materiaz baptismi ista sunt cauenda. ne sit aqua nimis luto sa. ne sit mel. uini. oleū. lac. ceruicia. medo. vel lixiuū. valde spissū. ne sit salua. vel aqua distillata. sic rosacea et o similes. ne sit aqua distillata de incisione sicut succus arborū. qui emanat de vite incisa. vel succus herbarū. ne sit aqua facta per artem alchimie. vel de resolutione salis. vel aqua falsa in tantū decocta quod statim fit conuertibilis in sal. Ne sit aqua sulphurea. vel alluminosa. emanans de mineris. que nullo modo colorem vel saporem naturalem retinet. a dictis liquoribus cum aqua fit mixtū possit in ea adhuc fieri baptismus. Si tamen tanta esset permixtio. quod species aque tolleretur ex commixtione: in ea baptismus fieri non potest.

**M**emendanda circa materiam baptismi.

**S**i certū sit quod cum aliquo liquorū cauēdo sit aliquis baptisatus. talis absolute baptisandus est: cum certū est quod in illo liquore non fuit species aque. Si probabile dubiū est quod in illo liquore fuit aqua: talis sub conditione baptisetur dicēdo sic. Si es baptisatus non te baptiso: si non es baptisatus. ego te baptiso in nomine patris. et filii. et spiritus sancti. amen. Considerari autem potest in

aliquo liquore an fit congrua materia ad bap-  
tismū an nō. Si enī maior pars fuit alterius  
liquoris q̄ aqua. tunc nullomodo fuit mate-  
ria congrua: si etiam minor pars fuerit alte-  
rius liquoris. que tamen traxit ad se speciem  
aque sicut forte vinū. fortis ceruisia. vel me-  
do. que quandoq; ad se trahunt duās partes  
aque materia nullomodo fuit congrua.

**Secūda** spēs p̄me superficie. rep̄ntat tenēda  
cauēda. emendāda. circa formā baptismi.

**F**orma baptismi est ista. Ego te baptizo in  
noīe p̄ris. et filij. et spiritus sancti. amē.

Ego tamen et amen nō sunt de substantia forme  
huius. sed de euidentia grauiter tamē pec-  
caret qui has duas dictōnes obmitteret: licet  
baptismus esset. Reliqua autem omnia intan-  
tum sunt de substantia forme. q̄ qui aliquid  
eorum obmitteret non baptisaret. Dubiū est  
tamen de ista cōiunctione et. quia eius omis-  
sio nō tolleret eius significatum sed configu-  
ricatum: tamen semper tutius est ut addatur.  
Et dicendo hec verba sacerdos debet immergē  
puerū: vel cum timetur de morte aqua caput  
baptisandi aspergere. Et potest fieri vna vel  
trina immersio. vel aspergio. put in ecclesia in  
qua baptisatur est consuetudo. de trina vel de  
vna: sicut fieri debet: alias peccat qui contra  
consuetudinem siue ecclesie facit. nisi necessitas  
hoc immutet.

*forma:*

*ne videat magis*

*de. de. de. de.*

*de. de. de. de.*

*de. de. de. de.*

*de. de. de. de.*

**C**auenda circa formam baptismi.

**I**sta cauenda sunt circa hanc formam: ne dicatur lauo. vel balneo. vel in nomine genitoris vel geniti et flaminis almi. vel in nomine trinitatis. vel ihesu. vel dei xpi. Item ne fiat aliqua additio maxie erronea. sic fuit additio arrii. qui baptizauit in nomine patris maioris et filij minoris. Cauenda est etiam omnis alia additio. ne dicatur in nomine patris et filij et. ff. et beate marie uirginis. et sancti nicolai. licet quidam dicunt talem additio non obesse. nisi tunc sine tali addicione baptizans non crederet posse fieri baptismum. Cauenda etiam omnis diminutio vel corruptio et maxime circa principium dictiois. ne quis dicat atri vel matris p patris. et sic de similibus. non enim fieret baptismus sic dicendo qd sublatum esset significatum dictiois. Si tñ ex simplicitate et sine omni malitia fieret diminutio vel corruptio circa finem alicuius dictiois non obesset: ubi gratia si quis dicat patri vel patrias. aut filias. ex ignorantia vel simplicitate non noceret.

**E**mendanda circa formam baptismi.

**U**biq; aliquid pretermisum est de uerbis vel litteris que sunt de substantia forme et certu est ubi talia sunt obmissa. ibi absolute et sine omni ditione iterari debz baptismus

Sim  
dico er  
additio  
fieri pos  
de obm  
an imp  
conale  
specie d  
riam. S  
substanti  
facta est  
ca sine d  
alia rite  
tizadus  
cauendu  
ubi q;  
lis teneat  
Tercia  
tenenda. ca  
tionem bap  
Tenc  
tismi: q  
tismi. Debz a  
baptizans ad  
vere baptise  
comis: q; si ho  
sacramti. lic  
illu defectu su  
non est tamen

Similiter dicendum est si facta est aliqua ad  
dicō erronea: sicut fuit addicō arrij vel si sine  
addicōe imptinēte baptizās nullomō credat  
fieri posse baptismū. **S**ibi pbabiliter dubitat  
de obmissis an sint de substātia. an de addicōe  
an impediūt baptismū an nō. ad formā cōdi-  
cōnale recurratur. que sup̄ posita est in prima  
specie de materia scz de emendādis circa mate-  
riam. **S**i tñ obmissa sunt illa que nō sunt de  
substātia. ut ego. et amē. vel sine omni malitia  
facta est diminuō vel addicō. vel corrupcō cir-  
ca finē dictōis. que nō nocet: et certū est omnia  
alia rite dicta et pacta. talis nullomō rebap-  
tizādus nec absolute. nec sub dīcōe: qz valde  
cauendū est ne vere baptisatus rebaptisetur.  
**S**ubiūqz pbabile dubiū est forma dīcōnā-  
lis teneatur ut dictum est. **;**

**T**ercia species prime superficie reprēsentat  
tenenda. cauenda. et emendanda. circa inten-  
tionem baptisantis. **;**

**I**ntencō baptisantis est de substātia bap-  
tismi: qz formā applicat ad materiā bap-  
tismi. **D**ebz autē hęc intencō esse actualis scz qz  
baptizās actualiter intē lat. qz baptizādus  
vere baptisetur et hęc ptinet ad substātiā intē  
cōmis: qz si hęc nō intēderet nichil fieret ex vi  
sacramti. licz in adulto hñte vsum rōnis. deus  
illū defectū suppleret p baptismum flammis:  
non est tamen de necessitate intencōis quod

baptisantis credat vel intēdat offerre gratiaz  
vel salutē. S; sufficit qd hoc vere cōferre velit  
qd cōmunitē offerūt alij baptizātes. qd formā  
ecclie in debita materia conseruet.

**C**auenda circa intencōz baptisantis.

**H**ec ista intencō actualis interrūpatur per  
obliuionē et distradōz minā valde ca-  
uendū est: qd si fieret hoc effectus baptismi im-  
pediretur. puta si aliqs diceret ego te bap-  
tizo. et interponeret vnā longā fabulā. anteq̄  
alia vba cōpleret. licz in hoc gūiter peccaret. si  
aliqs nō existēs sacerdos et curatus baptisan-  
di legitimus sine necessitate baptisaret. **T**amēn  
omnis q̄ sub intencōe formaz ecclie suat in  
debita materia vere baptismū cōfert. siue vir si-  
ue mulier xpianus. hereticus. iudeus. vel pa-  
ganus: etiā q̄ nō speret ā credat p baptismū  
aliqd spūale cōferri. **A**ngelus tñ aut diabolus  
nō est debitus aut cōgruus minister huius sa-  
cramēti: licet si bonus angelus baptizaret et h̄  
certū esset talis reputaretur vere baptisatus.  
**D**e diabolo tñ secus est: qd quidquid facit p̄-  
sumitur mala intencōe facere. **N**ō ab eo ba-  
ptisatus absolute baptisandus est: de nouo  
nullus aut p̄t seipm baptisare.

**E**mendanda circa intencōz baptisantis.

**V**biq; ergo reperitur qd aliqs intencōez  
baptizandi omnino nō habuit. vel intencōz

*minister sacramenti*

adualem  
miniam r  
rōms car  
tñ creden  
cōne bap  
et altus  
vel si a d  
baptisan  
**Q**uart  
reputat r  
contra ba  
**O**tra  
mc  
vbi p ce  
sistat ali  
formā. vel  
sari. vbi  
cōne. Si aī  
qualia sūt  
q̄ sūt an b  
sa: nō oport  
**Q**ui tñ tali  
necessitate:  
lo necessit a  
illa q̄ ex solē  
tuo vel crism  
rite collatū c  
natē recurra  
tizandus est

adualem p longam fabulam vel occupa cōz  
mimiam interrupt. Si taliter baptisatus r fu  
rōnis careat absolute baptizādus est. Secus  
tñ credere in adulto hñte vñ rōnis. qz cū o di  
cōne baptizādus est. Itē si vnus immerferit  
et alius vba dixit. Si aliqs seipm baptisauit  
vel si a diabolo baptizatus est. talis absolute  
baptisandus esset de nouo. :-

**¶** Quarta spēs p̄me sup̄ficiel. huius speculi  
repñtat remedia generalia cōtra om̄es defectus  
contra baptismū incidentes. :-

**Q**uia errores et negligētias in baptismo  
incidētes. h̄ ē vniūsaliter obſuandū. qz  
vbi p certo inuenitur qz aliqd obmissuz ē de  
ſubſtātibz huius ſacram̄ti. quo ad materiā  
formā. vel intencōz: talis absolute debz bap  
tari. vbi vero p babiliter dubitatur. cū o di  
cōne. Si aut̄ iſta q̄ nō ſūt de ſubſtātia ſacram̄ti  
qualia ſūt exorcismus exorcismus ac ſimilia  
q̄ ſūt añ baptismū. vel poſt rep̄iūtur obmiſ  
ſa: nō oportz p̄pterea circa baptismū iterare.  
Qui tñ talia ex cōtēptu obmiſſerit. vel ſine  
neceſſitate: ḡuiter peccaret. Cū p uer in articu  
lo neceſſitatis baptisatus ē in dōmo ſuppleāt  
illa q̄ ex ſolēmitate ſūt poſt baptismū: ut in ſu  
ctio vel criſmācō vel filia. cū certū ē baptismū  
rite collatū eſſe. Si dubiū ē ad formā condi  
cōnalē recurratur. h̄c ſepius iā dictū ē vbi bap  
tizandus eſt adultus ſp̄ requiritur eius intencō

et voluntas et debz p seipm respondere de fide quem etiam si sacerdos leuare nō p̄t. sufficit ipm aqua pfundere. In adultis tñ qui nūq̄ habuerunt vsum rationis. vt amentes. furio si p̄petue. seu naturaliter fatui. secus est: quia non requiritur eorum volūtas sed baptisari p̄nt sicut pueri. Si aut̄ tales aliquando habuerunt vsum rōnis et modo non habent tūc si anteq̄ vsum racōis p̄derent desiderauerunt et instat necessitatis articulus. debz eis ōferri. et vere sic suscipiūt sacramtū. et rē sacramti ec̄ si tūc ōtradicūt: et idē sentiēdū est de litargito seu dormiente ōtinuo. Si aut̄ necessitatis articulus non immineat. et speretur in talibz lucidū interuallū. illd̄ expectandū ē. et in litargitis vigilia si speretur ē expectāda. Quicūq; tñ an̄ furia amētiāz vel dormicōz habuerūt om̄ino ōtrariā volūtātē ne baptisaretur. in tali statu nō sūt baptizādi. licz si tūc baptisaret̄ in tñ recipiūt sacramtū q̄ si postea appetāt non sunt baptisandi iterū nō tñ sacramtum ad suā salutē recipiunt. cum effectu et eos sic baptisans peccat. Cum aut̄ inuenitur aliquis puer p̄iectus vel expositus i cimiterio vel platea. si certū est aliquo iudicō eū nō fore baptisatuz absolute baptisandus est. si dubitatur cū ōdicōe baptisetur. Si nascitur puer cum duobz capitibz. qui hñt duo colla et duo p̄tora distincta. p̄sumitur q̄ ibi sunt duo corda et due anime: ergo ut duo hoīes singillatim

bapt  
mises  
ret p̄m  
baptiz  
Mo  
latem  
p̄t pue  
ditur q̄

Se  
rep̄ntat  
quatuor  
eucaristi  
defectus

Ma  
ru  
pmixtio q̄  
mixtione  
xtio nō no  
lat. Quidā  
do de sp̄lta  
nec alijs do  
de vite: nec  
tollat. Appo  
sacramti sic  
neret: sacrar  
esse rubei vel

Cauenda

baptifandi fūt. si tñ dubitetur an sint duo ho-  
mines. illa ps in qua maior viuacitas appa-  
ret p̄mo baptifetur simplr et absolute: deinde  
baptifetur aliud caput et alia ps cū cōdicōe.  
Morte aut̄ m̄ris imminēte anteq̄ pariat nul-  
latenus debet scindi. vt puer baptifetur. nec  
p̄t puer in ea baptizari. etiā si m̄r aqua p̄fun-  
ditur. q̄ nemo p̄t renasci anteq̄ nascatur.

**S**c̄da sp̄s seu sup̄ficiēs speculi sacerdotuz  
rep̄ntat speculāda circa sacramtū eucaristie s̄b  
quatuor sp̄ebz rep̄ntatis q̄ sūt materia. forma  
eucaristie. intencō et secretis. et remedia contra  
defectus circa hoc sacramentum.

*De eucaristia*

**M**ateria eucaristie ē de puro tritico. et p̄  
ru v̄m̄vitis. et vtraq̄ materia p̄t esse  
pmixtio q̄ raro inuenitur triticū sine om̄i per-  
mixtione ḡnoꝝ alterius sp̄i. S̄n talis pmix-  
tio nō nocet q̄ diu tāta nō ē q̄ sp̄z tritici tol-  
lat. Quidā aut̄ dicūt q̄ p̄t et fieri cū pane cōfe-  
cto de spelta. vel farre. qd̄ tñ verū esse nō cred̄  
nec alijs doctoribz placet. V̄m̄ū aut̄ debz esse  
de vite: nec mixtio nocet dūmō speciē vim̄ non  
tollat. Apposicō aut̄ aque nō est de necessitate  
sacramti licet grauiter peccaret q̄ eā nō appo-  
neret: sacramtuz tñ et fieret. Potest aut̄ v̄m̄ū  
esse rubrū vel albū dūmō retineat speciē vim̄.

**C**auenda circa materiam eucaristie.

**C**irca materiaz eucaristie cauenda sunt  
ne sit panis alterius sp̄i q̄ de tritico. ne  
